



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Lilivm Inter Spinis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, 1627**

Cap. XLVII. Quòd anima Virginis præsentata fuit ei in Altari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

tristare nolebat) Ecce, ait, dabo tibi, ad augmentum vitæ illius, nouem annos. nam in hac vita duodecim annis nullo modo permanebit. Illa verò nihil dubitās de oraculo, infirmo \* quid acceperit reuelauit; alijsque aliud omnino sentientibus dixit, non esse tunc moriturum IOSEPH. Secuta est veritas veritatem, id quod prædictum erat, rerum euentu sequente. Contulit enim contra spem omnium; & in hac vita nobiscum terminum annorum à Domino præfinitum exegit.

*Nouē annis  
IOSEPHO  
grauiter  
decumbētē  
vita diuini-  
tus pro-  
longatur.  
\* Fortē  
quid re-  
sponfi.*

## CAPVT XLVII.

*Quòd anima Virginis præsentata fuit  
ei in Altari.*

ET quia iam illius habui Virginis mentionem, finem illius breui sermone contingam: hoc etenim pertinet ad commendationem IOSEPH. Beata igitur Virgo illam perfectam Sponsi sui præsentiam perfectè desiderans,



\* *Fortè*  
mortis.

derans, & supplicans vehementer, vt ante mortem IOSEPH \* morti debitum concederetur exsoluere; & IOSEPH adhuc viuente migravit ad Christum. In hora autem defunctionis illius beatus vir iam sollempnijs Missarum intererat: nec de obitu illius ei quidquam fuerat humanitus reuelatum. Et, ecce, inter ipsa sacra & secreta mysteria diuinorum Sacramentorum, adstiterunt ei Angeli: qui ei sacrae Virginis, iam exemptam à corpore felicem animam præsentarunt; eiq̄ue corporalem eius obitum nuntiarunt. Contristatus de Virginis obitu, sed de gloriosa eius præsentatione lætatus, completis Missarum officijs, omnibus, qui aderant, recentem Virginis obitum nuntiauit: familiaribus verò, quomodo hoc sibi reuelatum fuerit, secretiùs reuelauit. Ecce, qualiter, etiam adhuc in temporibus nostris, Dei sapientia ludit in orbe terrarum; cuius deliciae sunt esse cum filijs

*Videt sub*  
*Missæ ani-*  
*am san-*  
*ctæ Virginis*



ORDINIS PRAEMONST. 157  
filijs hominum. Ecce, qualiter in oculis nostris renouantur antiqua miracula, & spiritualium luce stellarum ista nox nostri temporis illuminata refulget: vt sit iam nox nostra sicut dies temporum exactorum, & noctis nostræ illuminatio inter diei delicias debeat computari.

CAPVT XLVIII.

*Quòd visum est caput eius ardere.*

**C**OGOR, sed volens, sanctitati tuæ, Frater charissime, etiam virorum fidelium & nobis cognitorum testimonia\* adhibere, ne te solum feminarum testimonio mirificum prædicemus; tamquam virorum testimonijs careamus, aut eadem suppressamus. Audiant ergo, sub compendiosa breuitate, quiddam satis mirificum, quod\* de ipso IOSEPH (non ipso, sed Domino reuelante) cognouit. Stetit aliquando Dei Angelus (teste enim  
Pro-

\* Defectus hic erat in MS. codice, quem hoc pacto restituendum puto.

\* Fortè quidam deest.